

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 241

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 106.

106

Cod. CCXLI. n. 1. 2.

Cod. CCXLI.

Chartae: Fol. Sec. 13.

1. Fol. 1<sup>a</sup>-87<sup>a</sup>B  
1.4

Sermones de X. praeceptis decalogi. Scri-  
mus incipit: "Si vis vitam ingredi, ser-  
ua mandata dei Mt: 19. In verbis propo-  
sitis ostendit".

2. Fol. 88<sup>a</sup>-128<sup>a</sup>

Tractatus de peccatis in genere, et de pec-  
catis VII. capitalibus. Incipit: Peccatum  
cum consummatum fuerit generat mortem  
Iac: 1<sup>o</sup>. Et hoc iterum de quolibet peccato  
mortali! Authoris nullum vestigium; jam  
in eo eram, ut Hermannum de Schildix  
authorem existimarem, qui ejusmodi tractatum  
ceasaravit. Verum ipsius Hermannii  
auctoritatem adductam reperi.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 241

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 107.

Cod. CCXLI. n. 3. 4.

107.

3 Fol: 138<sup>b</sup> - 144<sup>b</sup>B  
9.4.Henr. de Vrimaria  
Tract. de 4  
instinctibus.

Henrici de Vrimaria tractatus de quatuor  
instinctibus; divino, angelico, diabolico &  
mundano. Rubrica est: "Incipit tractatus  
de 4<sup>or</sup> instinctibus;" initium: "Semen  
cecidit in terram bonam et ortum est. licet  
verbum propositum exponatur." In fine ad-  
ditum: "Explicit tractatus de quatuor in-  
stinctibus in die valentini martyni Wien  
ne 1466." Huius operculi authorem esse Hen-  
ricum de Vrimaria testes sunt Trithemius  
scrip. excel. cap. 589. & Osinger Bibl. Augu-  
stin: p. 952.

4. Fol: 145<sup>a</sup> - 203<sup>b</sup>Aegidii Romani  
exempla adap-  
tationum ad mate-  
riam predicab.

Aegidii Romani, seu de Columna exem-  
pla adaptationum ad materiam predicabi-  
lem ordine alphabetico. Rubrica precedit:  
"Incipit tabula exemplorum de adaptatio-  
num habundancia ad omnem materiam  
in sermonibus secundum ordinem alphabe-  
tici." Incipit: "De Accidia Nota. accidia  
profus est sicut canis famelicus." Subscrip-  
tum est: "Explicit tractatus in libro de  
accidia editus a fratre Aegidio Romano  
ordinis fratrum heremitarum S. Augusti-  
ni finitus Viennae feria tertia post Dr.  
obani pape et martyni. anno 1465".  
Verba superius subducta in codice mini-  
sator rubro colore delere conatus est, ratio  
procul dubio alium esse huius tractatus  
authorem, id quod cum Trithemio, et  
Osingero concordat eum inter opera  
Aegidii ignorantibus; unde merito in-  
ter dubia locandus, donec certiora habe-  
antur.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 241

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 108.

108.

Cod. CCXLI. n. 5.

5. Fol. 205-215.

Hilarii Pragen  
Decani Concer-  
tatio cum Ro-  
kyzana.

Hilarii Decani Pragensis concertatio  
cum Rokyzana Pseudo-archiepiscopo Hus-  
sitarum coram rege Georgio Lodiebrad  
a<sup>o</sup> 1465. Rubrica est: "Concertatio in-  
ter decanum ecclesie pragensis et Ro-  
kyzanum". Incipit: "Anno domini mille-  
simo quadringentesimo sexagesimo quin-  
to in die purificationis beatissime medi-  
genitricis virginis Marie facta est magna  
congregacio Baronum". etc. Pseudoam-  
mus submisit Henr. Canisius in Lection:  
antiqua edit: Garnagii S. IV. p. 753. ex ip-  
sodice ms. male habito, quicum ego nostro  
contuli, eumque multis in locis emenda-  
torem deprehendi. Sic v. g. nox pagi,  
una secunda pro: Dobeslaus Sarsus, quod  
Canisius jure displicet, Codex noster ha-  
bet Senior, ac rarius ab editione dis-  
sonat, loca corrupta emendat, et la-  
scunas explet.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 241

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 109.

Cod. CCXLI · n. 6.7.

109.

LXXV. Fol. 216<sup>a</sup> - 229<sup>b</sup>

Matthia de  
Craiovia tra-  
ctatus de con-  
fessione.

Pubrica est: "Incipit tractatus Ma-  
thie de Craiovia et secundum alios  
Johannis de deo de confessione" In-  
cipit: "Quoniam fundamentum."  
De eo jam dictum est in Cod. XLIX.

7.

Fol. 231<sup>a</sup> - 413<sup>b</sup>

Joannis Capistrani  
sermones  
festivales.

Joannis Capistrani Sermones festiva-  
les. Primus feria quinta post Penteco-  
sten coram rege dictus agit de fide, &  
incipit: "Convocatis Jesus duodecim disci-  
pulis dedit illis potestatem etc. Eri-  
t tanto magis in conspectu tanti ser-  
vissimi regis!" Authorem Ordinis S. Fran-  
cisconi de observantia et quidem Joan-  
nem Capistranum esse per decursum  
horum sermonum liquet.

426<sup>a</sup> - 456<sup>b</sup>

Subjuncta sunt dua tabula alpha-  
betica; una rerum biblicarum, alte-  
ra canonicarum.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 241

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27593](https://manuscripta.at/?ID=27593)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)